Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25961
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Lecti. s. euang. Secundum Iohannem

VM SVBLEVASSET HOC VIDISSET IHC ET VIDISSET
quia multitudo maxima uenit ad eum. dicit ad philippum.
Unde ememus panes ut manducent hi. Et reliqua.

OMELIA
AVGVSTINI EPI.
DE EAD EM LECTIONE

IRACVLA
QVE FECIT DNS
NR
IHC XPC SIGNI QVIDEM

diuina opera. & ad intelligendum dm de uisibilib admonent humanam mentem. Quia enim ille non est talis substantia quę uideri oculis possit. & miracula cum quib totum mundum regit uniuersamq; creaturam administrat assiduitate uiluerunt. ita ut pene nemo dignetur attendere opa dei mira & stupenda inquolibet seminis grano. sed in ipsa sua misericordiam seruauit sibi quedam quę facere oportuno tempore preter usitatum cursum ordinemq; naturę. ut n maiora s; insolita uidendo stuperent quib cotidiana uiluerant. Maius enim miraculum est gubernatio totum mundi. quam saturatio ꝯnq; milium hominum de quinq; panibus. & tamen hoc nemo mirat. Illud mirant homines. non quia maius est s; quia rarum est. Quis enim & nunc pascit uniuersum mundum. n ille qui de paucis granis segetes creat. creat quom ds. Vnde enim multiplicat de paucis granis segetes. inde in manib suis multiplicauit ꝯnq; panes. Potestas enim erat in manib xpi. Panes autem illi quinq; qsi semina erant.